

animam in nouitate vite trāsmutēt. Nō enim cor mutat verbum qz cor auari non posset trahere verbum dei ad p̄sentendū p̄prie auaricie. nec cor supbi. nec cor luxuriosi. sed potius verbum dei mutat cor qz de auaro facit p̄m de supbo mansuetū. et de luxurioso castum. ideo assimilaf surculo arbori in firo. qui totam naturam arboris ad se trahit **Iac. j.** Suscipite infirū verbū qd̄ potest saluare animas vestras.

De sancta Katherina virgine.

Sermo primus

Multe filie congregauit diuitias. tu supgressa es vniuersas **Prover. vlt.** Inter ceteras filias dei que spirituales diuitias cōgregauerūt. beata katherina diuitias spirituales congregauit. immo ceteras virgines post virginem dei supgressa fuit merito virginis **Unitatis** martirij et predicatōis. **Primo** igit̄ supergressa est vniuersas in diuitijs quas acquisiuit merito virginis. rāto nāqz virginitas maioris ē meriti. quāto terrena plura habet. talis fuit virginitas beate katherine. **Primo** terrenam habuit iuuentutem. qz erat. xvij. ann. op. **Iuuentus** autē multis est causa lasciuie **Ecc̄s. xi. ca.** **Iuuentus** et voluptas vana sunt. sed iuuentus sibi nocere non potuit. qz cordis maturitate seruauit **Sap. iij.** **Cam** em̄ sunt sensus hominis et etas senectutis vita immaculata. **Sec̄do** habuit pulcritudinem. vnde dicit̄ qz erat incredibulis pulcritudis et omniū oculis amabilis videbat̄. **Pulcritudo** autē mulieribus est causa ruine **Ezech. xvi.** **Habēs** fiduciā in pulcritudine eius fornicata est **Prover. xi.** **Circulus aureus** in naribus suis mulier pulchra et fatua. sed pulchritudo sibi nocere non potuit. qz de pulchritudine interiori solūmodo curauit **Psalm.** **Om̄is gloria** eius filie regis abintus.

Tercio habuit rez abundantiam et fertilitatē. qz patri suo regi in diuitijs magnis successit. et ista abundantia multis p̄sueuit eē cā luxurie **ps.** **Prodiit** q̄si ex adipe iniquitas eoz. **Et** istud etiam beate katherine nocere non potuit. qz in abundantia seruauit temperantiam. **Prover. xij.** **Est** enim diues cum nihil habeat. et est pauper cum in multis diuitijs sit. **Quarto** hūc libertatem et securitatem. qz sui et suorum domina remanserat. **Numa** autē libertas et securitas i muliere est piculosa **Ecc̄. vij.** **Filie** tibi sunt serua corpus illarū. et non ostendas faciem hilarem ad illas. **Istud** autem sibi nocere non potuit. qz licet hūc libertatem habuit tamē dei timorē. **Prover. vlt.** **Mulier** timens deum laudabit̄. **Quinto** passa est magnam sollicitatōnē. sollicitata quidem fuit magnis muneribus et terroribus. **Multe** em̄ mulieres sunt que muneribus obediunt et terroribus cedunt. **Fuit** muneribus sollicitata. qz tyrannus tria sibi pmisit que mulieres multū appetunt scz diuitiarū copiam infinitam. dignitatem maximā. scz qz secunda esset post reginam. gloriam immensam. s. qz in foro sibi statuam erigeret. et ipsam ab om̄ibz adorari iubret. **Sed** istud beate katherine nocere non potuit qz diuitas contempsit dignitatem respuit et gloriam mundanā abhorruit. **Unde** dixit tyranno p̄sudenti **Sine** talia dicere. que nephas est etiā cogitare. **Fuit** etiā sollicitata terroribus ac pulsata cōminationibus et tormentis. **Et** istud ei nocere non potuit. quia pro casto etiam mori non timuit **Mathe. x.** **Molire** timere eos qui occidunt corpus et postea non habent amplius quid faciāt. **Secundo** supgressa est alias virgines in diuitijs quas acquisiuit merito p̄dicatōis. **Quāuis** enim mulieribus sit inhibitorium officium predicatōis quibusdam tamē sanctis virginibus fuit officiū predicandi a spiritu sancto concessum quadam p̄ro-

gatiua gratie singularis. Ipsa enim ver-
 buz dei predicauit et multos ab errore co-
 uertit. et quantum ad hoc supergressa est om-
 nias alias. Alie enim puerebant homines
 populares. hec autem puerebat reginam et
 principes. sicut uxorem marentis impato-
 ris et porphirium principem militum. Alie
 puerebant homines simplices et illitera-
 tos. hec autem puertit. id est. rethores et philoso-
 phos. Alie habuerunt aliquam sapientiam
 a deo infusam. hec autem preter sapiam infu-
 sam fuit studijs olim liberalium artium eru-
 dita. Alie prete erant simplici eruditione
 de hac de qua per varias conclusiones filogis-
 morum allegorice. diserte et mystice disputa-
 uit cum cesare. Alie in predicando habue-
 runt sapientiam sufficientem. hec autem ha-
 buit scientiam excellentem. Unde impator
 dixit. Est apud nos puella sensu et pruden-
 tia incomparabilis. Dabuit etiam eloque-
 niam. Unde dixit idem. Audiuius tuam
 eloquentiam et mirati sumus tuam pruden-
 tiam. Dabuit constantiam. Unde ipsa dixit.
 Fac quecumque alio precepisti. parata namque
 me videbis ad omnia sustinenda. Dabuit
 etiam in loquendo magnam efficaciam. unde
 dixerunt rethores. Nullus ante nos fia-
 re uidebitur quin prius uinceretur. hec
 autem puella sic nos in admirationem puertit
 ut contra ipsam aliquid dicere aut omnino ne-
 sciamus aut penitus formidemus. Tercio
 supergressa est omnes in diuinitis que
 acquisiuit merito martiris. Alie quidem
 unum vel duo martiria passe sunt. sed bea-
 ta katherina quintuplex genus martiris pas-
 sa fuit. Primum genus quod fuit scorpionibus
 flagellata. Secundum. quod sic lacerata in ob-
 scurissimo carcere fuit clausa. Tercium est.
 quod fuit fame cruciata. Quartum est. quod fuit
 supra rotas horribiles extensa. Quintum
 est. quod fuit decollata. Sed tamen contra acerba-
 tionem harum penarum quinque adiutoria habuit
 diuinarum consolationum. Que enim fuit lacera-
 ta et flagellata. fuit postmodum ab angelis

celesti unctione peruncta. sicut in legenda
 continetur. Que in carcere obscurissimo fu-
 it clausa. ibidem celesti luce et claritate est
 perfusa. Que fuerat fame cruciata fuit co-
 lumba cibum deferente nutrita. Que fuit
 super rotam extensa fuit ab angelo soluta et
 rota penitus dissipata. et multitudo genti-
 lium interfecta. Que fuerat decollata. fuit
 in montem synay ab angelorum manibus
 deponata.

De eadem

Sermo. ij.

Adamauit eam rex plusquam omnes
 mulieres habuitque gratiam coram
 eo super omnes mulieres. De
 ster. ij. Ista uerba que leguntur de regina he-
 ster que interpretatur eleuata in populis co-
 uenire possunt beate katherine que fuit ge-
 nere regina. que modo est in populis eleua-
 ta et nobis in patronam processa. In quibus
 uerbis tria dicuntur. scilicet Rex id est christus
 eam adamauit in uita. gratiam sibi dedit in
 morte. et misericordiam sibi fecit post mor-
 tem. Primo namque adamauit eam in ui-
 ta. Amoris enim sponsi ad sponfam duo
 sunt signa. et una est causa. Unum signum
 est. quando uir ipsam eisdem et preciosis
 uestibus induit secum. Christus sponsus tri-
 plici ueste est indutus. scilicet candida per pu-
 ritatem. rubra per passionem. et varia per
 uirtutum uarietatem. De his tribus dicitur
 Cant. v. Dilectus meus candidus
 et rubicundus. Ista uestes induit chri-
 stus beatam katherinam scilicet albas per uirgi-
 nitatem. et purpureas per passionem et ser-
 uentem caritatem et uariam per uirtutum
 multiplicandem. De his duobus dicitur puer.
 vlt. Stragulatam fecit sibi uestem quo ad
 unum. Nam secundum glo. stragulara uestis est que
 uarietate texture perficitur. Bisso et pur-
 pura indumentum eius quo ad alia duo. //
 Secundum signum est quod multis gratijs eam
 preuenit. Dedit namque sibi quoddam angeli-
 cum. id est. uirginitatem seruare quod est proprium an-
 geli. Lu. xx. Equales enim sunt angelis. //

L. ij.

Quoddam diuinū. scz gratiose predicare
qd fuit propriū officium xpi **Luc. iij. ca.**
Alijs ciuitatibz oportet me euangelizare
regnum dei qz ideo missus suz. **Quoddā**
spūale. s. mortē p christo subire. **Phil. ij.**
Vobis datum est p xpo non solum vt in
eū credatis sed etiā vt p illo pariamini.
Est enim vltimū terribilū qz vltra mortē
nullus potest aliquid pati maius. **De**
his tribz dicit **Prover. vl.** Accingit fortitu-
dine lumbos suos quo ad virginitatem.
Roborauit brachiū suū quo ad marry-
rij magnanimitatem. gustauit et vidit qm
bona est negociatio sua. quo ad predica-
tionis grauositatē. **Causa** autē potissima
quare vir vxorē diligit est. qm filios sibi
generat sapientes. **Et** beata katherina xpo
filios sapientes generauit. qm. l. rectores
ad fidem christi puerit. **Istos** autē gene-
rabat et alios doctrinis miraculis et exem-
plis. **Apo. iij.** De throno pcedebant ful-
gura voces et tonitrua. **Thronus** dei fuit
beata katherina in cuius anima de? requi-
euit. a qua pcedebant voces pdicationū
fulgura miraculorū et tonitrua exemplorū.
Exempla namqz sanctorū quedā tonitrua
sunt que excitare debent in peccatis alias
dormientes. **Secundo** xps beate kathe-
rine pre ceteris scis fecit gratiā in morte.
Quedam nāqz priuilegia scis in morte
pcessit priculariter que oīa in morte beate
katherine pcessit vniuersaliter. **Primū** est
xpi visitatō. **Et** istud fuit in **Iobāne** euā-
gelista ad cuius transitū xps cum disci-
pulis suis venit. **Et** istud similiter in brā
katherina fuit. qz cum esset in carcere. xps
cum multitudīne angelorū et hominū ad
eam descendit. **Et** istud attestat priuile-
gio specialis amoris. **Quia** enī christus
beatū iohannem et sanctā katherinā speci-
ali amore dilexit. idō ad eos specialiter in
morte vēit. **Jo. iij.** Si quis diligit me
et sequit̃ Ad eum veniemus et mā. et c.
Secundū est spūalis refectio et istud fuit

in beata maria magdalena que spūalibz
refectōibz pascebat. **Istud** enī fuit in
beata katherina cui i carcere existenti deus
p columbam ministrabat et istud attestat
pemptu mūdane dilectiōis. **Quia** igi
carnales delectatōes beata katherina cō-
tempnit. ideo celestibz solationibz pasce-
bat. **Hinc** est qd q̃cīro filiis israel defecit
farina de egypto receperunt māna de celo
Tercium est petitionū exauditiō **Et** istud
fuit in sancto **Blasio** et in sancta margare-
ta. quia in sua passione deum rogauerūt.
vt quicunqz in nomine ipsorū aliquid a
deo peteret obtineret. **Et** istud fuit in scā
katherina que idem a deo petijt et impetra-
uit. **Et** istud attestat sue magne sanctitati
Uñ dicit de viro sancto in psalmo. **Clā-**
mauit ad me et ego exaudiam eum et cetera.
Quartum est celestis ianne reueratio. **Et**
istud fuit in brō **Stephano** qui celos a-
peros vidit. **Et** istud etiam fuit in sancta
katherina cui vox de celo dixit. **Veni** dile-
cta mea. ecce tibi ianua est ap̃ta. **Et** istud
attestat sue magne pfectōis. **Celū** namqz
ap̃tū viris pfectis martyribz et baptis-
tis. **Sancta** igi katherina fuit valde per-
fecta. martyre preciosa et suo sanguine ba-
ptisata. **Quintum** est angelorū accessio.
et istud fuit in beato martino ad cuius obi-
tum angeli accesserunt. **Et** istud etia fuit
in sancta katherina cui in morte angeli ob-
sequia prestiterūt. **Et** istud attestatur sue
virginitati. **Quia** enim angeli sunt virgi-
nes p naturam et ipsa fuit virgo p gratiā
libenter angeli cum ipsa morabant̃. **Eccā.**
xxvj. Volantia ad sibi similia cōueniūt.
Sextū est lacris emanatio. **Et** istud fuit
in beato paulo a cui? corpore vnda lacris
effluxit. **Istud** etia fuit in katherina que
p sanguine lac dedit. **Fuit** enī d nūero
sanctorū. **De** quibz dicitur **1. reu. iij. cap.**
Pluridiores lacre. **Septimum** est diuine
lucis chorisatio. et istud fuit in beato **Pe-**
tro in cuius martyrio magna lux emicuit

De Sancta

et cum ipsa luce anima in celum ascendit. Istud etiam fuit in beata katherina que cum fuisset in tenebroso carcere inclusa. magna claritas ibi resplenduit. et istud attestat sue magne fame et lucide conuersationi. **Sapient. iij.** **O** quam pulchra est casta generatio cum claritate. **Tercio** christus beate katherine magnam misericordiam fecit post mortem. et ista misericordia in tribus artibus. **Primo** quia corpus eius mirabiliter honorauit quando per angelos ipsam sepeliri fecit. Angeli enim corpus eius ad montem synai itinere plus quam .xx. dierum deduxerunt et ibi honorifice sepelierunt. **Isa. lx. xj.** **E**rit sepulchri eius gloriosum. et in hoc assimilatur sancto **Clementi.** cui angeli in mari monumentum fabricauerunt. Et istud attestat sue magne sapientie. **Sepulta** namque est beata katherina in monte ubi dominus deus moysi sapientiam suam dedit. **Secundo** quia corpus eius prodigio magno illustrauit quando de eius membris oleum emanare fecit. et in hoc assimilatur beato **nicolao** de cuius corpore oleum emanat. et istud attestat sue magne misericordie quia per oleum misericordia designatur. **Tercio** quia eius anime trecentena premia dedit. **Dicitur enim Math. xij.** quod semen iactum in terram bonam facit fructum. aliud tricesimum. aliud sexagesimum. aliud centesimum. **Terra** bona faciens fructum tricesimum sunt boni coniugati qui cum fide tria iuramentis decalogum seruauerunt. et ideo premia .xxx. habebunt. **Terra** bona faciens fructum sexagesimum sunt boni continentia qui cum sex operibus misericordie decem precepta custodierunt et ideo .lx. premia possidebunt. **Terra** bona faciens fructum centesimum sunt virgines. predicatorum. et martires. que de leui presentis vite transierunt ad dexteram celestis patrie. Et quia beata katherina virgo. predicatorum et martirum exiit. ideo ipsa trecentena premia a deo recepit. **Dicitur enim de sanctis Ilaye. lxj.** In terra

Katherina

sua duplicia possidebunt. Ille namque que tamen fuerunt virgines habebunt premia centena simplicia. Ille autem que fuerunt virgines et martires habebunt centena duplicia. Ille que fuerunt virgines martires et predicatorum. sicut beata katherina habebunt centena triplicia.

De eadem

Sermo. iij.

Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro et cetera. **Math. xij.** Regnum celorum potest intelligi beata katherina in qua christus regnauit per gratiam. Ideo similis est thesauro abscondito in agro. **Ager** iste fuit animus katherine in quo creuit et floruit lilium puritatis. rosa caritatis. et viola humilitatis. In isto agro absconditus est thesaurus martiris siue passionis assumptae. et thesaurus diuine sapientie. et uirginalis mundicie et celestis glorie. Et iste est ille thesaurus de quo dicitur. **1. ad Cor. iij.** Si quis autem edificat super fundamentum hoc aurum. argentum et lapides preciosos et cetera. In isto agro inuenitur aurum martiris. de quo dicitur **Sapient. iij.** Tanquam aurum in fornace probauit illos et cetera. Sicut enim aurum malleatur et non frangitur. sic beata katherina multa tormenta passa est. et tamen in omnibus fuit constans et firma. Fuit etiam martirum eius priuilegiatum quantum ad tria. **Primo** quia habuit honorabile obsequium. Angeli enim persuevere deferre animas sed ipsius corpus sepelierunt et tam obsequiosi fuerunt quod sibi obsequium prebuerunt tam in vita sua. scilicet quando ipse angelus in conflictu cum rethoribus ipsam confirmauit. quam in suo martirio. sicut quando eius plagas perunxit. et post mortem suam quando multitudo angelorum corpus eius ad montem synai deduxit. **Secundo** habuit honorabile sepulchrum. quia in monte synai eius corpus fuit positum. et istud

L. iij.

non vacat a misterio. Hoc enim attestat
sue magne sapientie et sue magne cur deo
amicicie et sue magne abstinentie. Sepul-
ta namque est in monte illo in quo deus lege
sue sapientie dedit moysi. et in quo famili-
ariter cum moysi velut amicus ad amicum
locutus fuit. in quo moyses .xl. diebus et
noctibus ieiunauit ad significandum quod beata
katherina dei sapientia plena fuit. et cum deo
singularem familiaritatem habuit. et ab omni
amore mundi abstinuit. Tercio habuit mi-
raculum gloriosum. quod de eius corpore oleum
emanauit. per quod datur intelligi quod ipsa
valde pia et misericors extitit. Per oleum
enim misericordia et pietas designatur. Oleum
namque habet virtutem penetrantiam. Psal.
Sicut oleum in ossibus eius etc. Impin-
guauit. Psal. Impinguasti in oleo ca-
put meum. Lenificauit. Psal. Ut ex-
hilaret faciem in oleo. Leniuam. quod super
ceteros liquores eleuat. Per que datur
intelligi quod ipsa misericordia et elemosina
diabolum penetrando vulnerat cum sit lan-
cea dei. Unde de elemosina dicitur Eccles.
vice simonono cap. Super scutum poten-
tis et super lanceam aduersus inimicum
suum pugnabit. Deinde impugnat cum
sit aduersus dei. Psal. Ex adipe frumenti
sariat te. unde dicit oliua Iudicium. ix. ca.
Anquid possum deferere pinguedinem
meam qua dum vrantur et homines. Consci-
entiam lenificat cum sit vinum. unde ps.
Vinum lenificet cor hominis. unde dicit
vitis ibidem. Anquid possum deferere
vinum meum quod lenificat deum et ho-
mines. animam ad deum eleuat et sibi assi-
milat. cum ipsa sit imago eius. Sicut et
oleum supnat omnes liquores. sic
misericordia animam ad dei similitudinem
eleuat pre ceteris virtutibus Luc. vi. cap.
Estote misericordes sicut pater vester ce-
lestis misericors est. Secundo in isto a-
gro inuentum est argentum diuine sapien-
tie et eloquentie. De qua dicitur in Psal.

Eloquia domini eloquia casta argenti
igne examinatum etc. Est enim ut habet
Iac. iii. quedam sapientia desursum. et ista
est sapientia diuina. quedam est sapientia
deorsum et ista est sapientia diabolica. Inter
fursum autem et deorsum relinquitur quoddam
medium. quod inter sapientiam diuinam et di-
abolicam est sapientia mundana. Sapien-
tia autem diuina persistit in dei cognitione.
Iher. ix. In hoc gloriatur qui gloriatur scire
et nosse me. In preceptorum dei obseruatione
Augustinus. Sapientia dei non est elo-
quia dei scire. sed secundum eloquia dei in dei
et primi dilectione viuere. Augustinus.
Ille tenet quod latet et quod patet in di-
uinis sermonibus qui caritatem seruat in
moribus. Istam diuinam sapientiam beata
katherina habuit. quod et vnum solum deum
cognouit et mandata et consilia seruauit.
et usque ad mortem ipsum dilexit. Sapi-
entia autem mundana diuiditur in tres
partes. scilicet in ethicam que docet mo-
res informare. et yconomiam que docet
familiam bene regere. et politicam que do-
cet vrbes atque regna sapienter disponere.
Primum sapientiam habuit beata katherina
que se omni virtute et morum honestate
composuit. Secundam habuit. quod palacium
suum et familiam sapienter rexit. Terciam
habuit. quod regnum suum prouide gubernauit.
Secundo sapientia mundana in tres
partes diuiditur. ut ibidem dicitur Iacobus. scilicet
in terrenam. que consistit in appetitu cupi-
ditatum. Animalem que persistit in exole-
tione voluptatum. et diabolicam. que persistit
in appetitu honorum. Sed tamen beata ka-
therina primam contempsit in quantum omnia
terrena desperxit. secundam in quantum volu-
ptates carnis abhorruit et virginitatem eius
seruauit. terciam in quantum honores mun-
danos desecruit. et humilitati se dedit.
Tercio in isto agro inueniuntur duo la-
pides multum preciosi. Unus est virginalis
mundicia. Secundus est celestis gloria.

Est enim virginitas valde preciosa deo. et ideo non de nupta sed de virgine voluit nasci. Et angelo. qz a Johanne euangelista virgine noluit adorari. Et toti mundo Unde dicit Iheronimus pater Jovinianus Romanus populus in quanto honore regnes semp habuit. hinc appar. qz p'sules et imperatores et in curibz triumphantes et omnis dignitatis gradus eis de via cedere solitus est. Preciositas namqz virginitatis ex hoc apparet qz deus virginitatem multu honorat et multu glorificat. Multu quidem honorat. qz ipsas virgines fecit ioculatores suos. familiares suos. domesticos suos et servitores suos. Ista tria tangunt Apoca. xij. vbi Johannes de virginibz loquitur dicens Cantabant quasi cantici nouum ante sedem. et nemo poterat dicere illud. Ecce qz sunt ioculatores dei. deinde subdit Qui sequunt agnu quo cunqz ierit. ecce qz sunt de familia dei. deindecludit Sine macula sunt ante thronum dei. Ecce qz sunt comitelli et serui in mensa dei. Paret etiam eius preciositas. qz deus ipsam virginitatem multum glorificauit. Hoc significatu est Apoca. xij. vbi dr. Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibz eius et in capite eius corona duodecim stellaz et in vtero habens. Ex quibz verbis datur intelligi qz deus virgines sanctas coronabit in capite. ideo dr. In capite eius corona duodecim stellaz. Ornabit in corpore. Ideo dr. Erat amicta sole. Decorabit in pede. ideo dr qz luna erat sub pedibz eius tanqz scabellum et secundabit in prole. ideo dr qz erat in vtero habens Christum enim semp portabunt in vtero per gloriosas finem. Quarto in isto agro inuenitur lapis preciosus celestis glorie. De quo dicitur Matth. xij. Inuenta autem vna preciosa margarita etc. Homo namqz habet res temporales. p'p'quos et corpus et animam. Tunc ergo omnia que habuit v-

didit quando pro desiderio regni celestis terrena premit. parentes deserit. corpus morti exponit. et animam rationi subicit. Isto modo beata katherina regnum celoz emitt. Nam cum esset filia regis terrenum regnum et omnia mundana precepit. matrimonio unde filios et heredes habere potuisset vilipendit. et corpus suum morti tradidit. sensualitate suam et rationi et p'cepto dei obedire coegit. Ista autem margarita celestis glorie est valde preciosa de cuius preciositate dicit. 1. Cor. ij. Quod oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se. Sancti enim vici merentur videndo corde per fidem. audiendo id est obediendo aure cordis per operationem diligendo et amando corde per seruitorem. Sed tunc plus recipient qz meruit oculus fidei recte. vel auris obediencie et operationis bone. vel cor caritatis seruide. Ista margarita et lapide precioso celestis glorie deus beatam katherinam hodie coronauit. Iuxta illud ps. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

De dedicatione ecclesie.

Sermo primus.

Sanctificauit domum hanc quaz edificauit ponere nomen meum ibi in sempiternum. in. Regum. ix. Ista verba dixit deus salomoni postqz templu dei edificauit et dedicauit. Festum namqz dedicationis e magne autoritatis. Trahit enim auctoritatez a tempore legis nature. Genesis. xxviii. Tulit iacob lapidem quem supposuerat capiti suo et erexit in titulum fundens oleum desuper. A tempore legis scripture. Exodi ultimo. Assumptio vocationis oleo vngens tabernaculum etc. A tempore legis gratie. Johannis. x. capitulo. Facta sunt aut encenia in iherosolymis etc. Ubi dicit